


CONCLVSIONES METAPHYSICAE. DISPVTANDVM.

*Vtrum Actiones ad Pietatem, & Iustitiam spectantes in IOANNE IV. Lusitaniae Rege
potentissimo sint eadem continuatione, quae fuerant ante sceptrum?*

Non est mutatus ab illo,

TERCIA CONCLVSIO.



Præsides P. M. Petro Peyxoto Societatis I E S V

Propugnabit Petrus Talbotus ex eadem Societate

Integra die Martij.

PRIMA CONCLVSIO.

Vtrum rerum essentia antequam existant sint aliquid positivum? Affirmative.



METAPHYSICA naturalium scientiarum præcipua Entis naturam considerat, eiusque proprietates, nempe Vnum, Verum, Bonum; quæ omnia aliquid positivum ipsi Enti superaddunt. Porro ipsius Entis conceptus duplex est, formalis scilicet, & obiectivus. Possunt dari conceptus Entis in communi specie diuersi, si à diuersis specie potentijs eliciantur; si verò ab eadem, nequeunt conceptus esse specie diuersi, nisi alter conceptum representet omnia entia in individuo, quod possibile esse iudicamus. Ens sumptum pro conceptu obiectivo formaliter includitur in differentijs illud contrahentibus; unde illius contractio non fit per aliquam compositionem propriè metaphysicam, sed per conceptus magis expressos. Essentia, & existentia creata solum virtualiter distinguuntur; dato tamen quod distinguerentur ex natura rei, adhuc vna res non posset existere per existentiam alterius.

SECUNDA CONCLUSIO.

Verum possibilis sit substantia creata completa supernaturalis? Negatiue.



SUBSTANTIA in communi definitur *Eus per se existens*. Quæ perfectas non est modus aliquis ex natura rei, sed virtualiter solum imperfecte ab ipsa distinctus. Neque diuinitus inherere potest. Possibilis tamen est substantia spiritualis completa non intellectiua; impossibilis verò intellectiua non volitiua, & e contra. Non est possibilis substantia incapax omnis compositionis accidentalis; similiter impossibilis est substantia naturalis, quæ nobilior sit quocumque accidente supernaturali. Non est possibilis substantia creata essentialiter infinita in aliquo certo genere, vel specie; si tamen admitteretur, non ingrederetur prædicamentum substantiæ. Iam verò substantia prædicamentalis sic definitur, *Eus per se subsistens completo*. Deus à prædicamento exulat; illum esse substantiam supernaturalem certissimum est.

TERTIA CONCLUSIO.

Verum accidens possit assumi hypostaticè à Subsistentia diuina? Negatiue.



SUBSISTENTIA definitur *Utrumque terminus, & complementum nature substantialis*. Consistit in aliquo positio modaliter à substantia distincto; quod positio non est actio. Possibilis est substantia, quæ virtualiter solum à sua subsistentia distinguitur. Vtrum adhuc foret assumptibilis? Sit problema. Subsistentia corporea non est partium expert, vel indiuisibilis; tollit omnem incommunicabilitatem alteri tanquam supposito; immediatè emanat à natura: non est principium effectuum operationum, quæ supposito tribuuntur; imò nec conditio ad illas logicè requisitæ. Non solum substantiæ incompletæ, verum etiam aliqui modi substantiales proprias vendicant subsistentias. Plures subsistentiæ possunt præstare suum effectum formalem in vna, eademque natura; imò vna subsistentia creata potest vniri nature alienæ simul, & propriæ. Omnis natura substantialis, etiam rationis expert, hypostaticè assumi potest.

QUARTA CONCLUSIO.

Verum actio penetratiua sit supernaturalis in entitate? Negatiue.



QUANTITAS definitur *Eus per se extensum*: realiter distinguitur à substantia. Illius essentia specifica consistit in extensione aptitudinali per ordinem ad locum. Non constat solis indiuisibilibus finitis, aut infinitis; imò nulla in ea reperiuntur indiuisibilia à parte rei distincta. Impenetrabilitas est proprietas quantitatis, impenetratio verò conuenit illi contingenter; hæc est quædam negatio, per quam solum quantitas redditur formaliter impenetrata, & nõ per Vbi circumscriptiuum. Rursus, impenetratio actualis immediatè fundatur in ipsa quantitate extensa per Vbi, & non in ipso Vbi circumscriptiuo. Duorum corporum penetratio virtute humana, vel angelica fieri nequit; diuinitus tamen non repugnat, idque sine ablatione alicuius positiui, aut additione alicuius qualitatis. Quæres, vtrum actio penetratiua sit eiusdem speciei cum non penetratiua? Respondetur affirmatiue, imò posse esse eandem numero non difficile defendemus.

QUINTA CONCLUSIO.

Verum possibilis sit qualitas quæ simul à parte rei sit intellectus, & voluntas? Negatiue.



QUALITAS vniuocè, & adæquatè diuiditur in quatuor vulgatas Species, quæ ex genere suo sola distinctione virtuali contentæ sunt. Vna ex præcipuis qualitatis passionibus est intensio, & remissio. Intensio non fit per mutationem qualitatis imperfectæ in perfectiorem; neque per maiorem affectionem eiusdem qualitatis ad subiectum; fit verò per additionem gradus ad gradum in eadem parte subiecti. Dubitabis, vtrum gradus intensiois sint diuersæ rationis, & heterogenei? Homogeneos esse cum communi a se uero. Habitus, & Dispositio distinguuntur essentialiter: Naturalis potentia, & Impotentia solum accidentaliter. Datur potentia purè actiua, sicut & mixta de genere qualitatis; purè autem passiuæ, & neutra de genere qualitatis est impossibilis. Raritas, & densitas spectant ad terciam speciem qualitatis. Figura distinguitur modaliter à quantitate, atque hæc sine illa diuinitus conservari potest.

SEXTA CONCLUSIO.

Verum Omnipotentia sit relatum transcendens ad possibilia? Affirmatiue.



D A R I relationes reales in creatis virtualiter à fundamentis distinctas cum communi defendo. Libentius tamen defenderim opinionem, quæ tenet relationes consistere in solis connotationibus. (Iuxta quam doctrinã admitti possunt in quolibet ente absoluto, etiam Diuino, relationes reales). Inter fundamentum, & terminum relationis requiritur distinctio ex natura rei, sufficit modalis. Relationes specificantur à fundamento remoto, & à termino, prout hæc stant sub fundamentis proximis. Quælibet vnitas realis vniuoca sufficit ad fundandam relationem realem. Relatio mensuræ ad mensuratum, & e contra, est mutua, & realis. Relatio vnionis ad extrema est realis, pertinetque ad tertiam speciem. Relatum transcendens etiam prædicamentaliter ad suum terminum refertur.

SEPTIMA CONCLUSIO.

Verum una actio possit diuinitus fieri per aliam? Affirmatiue.



D A R I actionem realiter à principio, à termino modaliter distinctam defendimus: vtrunq; respicit essentialiter, cū termino efficit vnū per se, illiusq; sequitur cōpositionē. Indiuiduatur per principium, & terminum; ab vtroque etiam specificatur, sed ab illo formaliter, ab hoc materialiter spectato. Passio definitur *Actus patiens quæ patiens est, quo mediante formã recipit*. Solum virtualiter ab actione distinguitur, distinctione tamē essentiali; præter respectum ad subiectū, includit etiam formaliter respectū ad terminum, cum quo facit vnū per se. Quæres, vtrum essentia Passionis consistat in actuali dependentia à subiecto, an solum in aptitudinali? In actuali ponenda est. Vnde neque per Diuinam Omnipotentiam creari potest: secus de alijs Modis philosophandum.

OCTAVA CONCLUSIO.

Verum Vbi spirituale correspondens spatio diuisibili vendicet partes formales? Negatiue.



V I L I B E T entitati creatæ etiam modali proprium assignamus Vbi modaliter distinctum, excipias tamen ipsum Vbi, & ea quæ cum illo immediate identificantur. Quærenti, vtrum diuinitus possit aliqua entitas existere in rerum natura sine omni Vbi? Esto arbiter. Eadem res non potest naturaliter habere simul plura Vbi, diuinitus non repugnat, idque in eodē loco. Res potest constitui in diuersis locis per actionem productiuam simul; & adductiuam, vel per solam productiuam. Vbi adæquatè diuiditur in Circumscriptiuum, & Definitiuum tanquam in species subalternas: hoc in omni ente diuisibili est supernaturale. Situs non distinguitur ex natura rei ab Vbi; quemadmodum nec Duratio ab existentia. Res permanens potest durare ab æterno. Prædicamentum Habitus consistit in denominatione quadam resultante ex appositione vestis corpori circumiacentis.

NONA CONCLUSIO.

Verum prauia motio sine scientia conditionata stare possit cum libertate? Negatiue.



A D libertatem requiritur quod ponantur omnia requisita in actu primo ad agendum, & non agendum, & ad agendum oppositum. Omnis, & sola voluntas est formaliter libera, intellectus est radicaliter liber. Impossibilis est potentia corporea formaliter libera. Iudicium, quod ad libertatem prærequiritur, debet esse practicum. Præuia motio prædeterminans voluntatem omnino superflua est. Concurfus, qui ex parte causæ primæ requiritur ad libertatem, est conditionatus, & simpliciter multiplex. Voluntas potest necessitari à Deo tam immediatè, quam mediante aliqua qualitate. Dari habitus, vt certum, existimamus, quos à solis actibus produci asserimus. In solo intellectu, ac voluntate reperiuntur: sunt intensiois capaces, i que per actum æqualem, aut remissioem se. Dubitant aliqui, vtrum dentur habitus supernaturales acquisiti? Non admitto.

SEXTA CONCLUSIO.

Primum quod dicitur in ista relatione transcendens ad possibile affirmativum.



A R. Relationes reales in creatis vitaliter a fundamentis distinguuntur cum communi in deinde. Libenter tamen deinde opinionem, que sunt relationes con-

SEPTIMA CONCLUSIO.

Primum quod dicitur in ista relatione transcendens ad possibile affirmativum.



A R. I actionem realiter a principio a termino modaliter distinguuntur deinde in utrumque dicitur existit in eum termino effectus in parte illius. Sed in illis

OCTAVA CONCLUSIO.

Primum quod dicitur in ista relatione transcendens ad possibile affirmativum.



V I L I B E T. Entia creatas etiam modali propria signantur Vbi modaliter distinguuntur, excipias tamen ipsum Vbi, & ea que cum illo immediate identificantur

NONA CONCLUSIO.

Primum quod dicitur in ista relatione transcendens ad possibile affirmativum.



D. Libertatem requiritur quod ponantur omnia requisita in actu primo ad agen-